



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa
restau-||randa, pristinoque nitori || restituenda.||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

3. De oppositis & repugnantibus Disciplinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

legatur Iob c. 33. Ezech 9. ca. Appropinquauerunt
 Visitatores vrbi. & mox ibidē: A sanctuario meo
 incipite. plura loca scripturarum de Disciplina
 require in Locis communibus Biblicis antiqui
 Theologi Defensoris, & in Pandectis Bibliorum
 seu scripturæ Patris Antiochi Hom. 82. 109. 111. 123.
 124. & in Collectaneo Bibliorum Ioannis Pecha-
 ni li. 1. c. 2. 4. 35. 36. l. 2. c. 5. 6. l. 4. c. 57. 58. 59. 67. 97. 103.
 104. 107. 108. 109. 110. in Euangelistario Maruli li. 1.
 c. 24. l. 7. c. 3.

CAPV F III.

De oppositū Disciplina & repugnantibus.

TAles sunt vulpes quæ demoliuntur vineam
 Domini, hypocritæ simulatores, ficti Prælati.
 vide in Eruditorio exercit. in Roseto. vide in Spe-
 culo Fatuorū, num. 53. de fatuis incorrigibilibus,
 seu Osoribus Disciplina. & in Turba 21. De malè
 corripientibus. Plebs & clerus sine disciplina in-
 ter 12. abusus numeratur à Cypriano in fine ope-
 rum eius aduersatur Disciplina criminibus ha-
 benas magis laxare, quam contrahere, & neruum
 disciplinae dissoluere, nimium stringere vel ni-
 mium laxare: nam vt habet prouerbium: Si laxes
 erepit, si stringas erumpit. Cyclosum vita maxi-
 mè infesta Disciplina. Nimia bonitas & clemen-
 tia Theodosij reprehensa, quod daret occasionem
 delinquendi. To. 4. Annal. Baro. f. 613. 614. Morbi &
 vitia Ecclesie cum malis humoribus comparan-
 tur corporis, & disciplina cum medicina salubri
 comparatur. vide librum 1. Confusionis Calui-
 nianæ Scoticæ ca. 4. folio 18. apud Hamaltonium.
 Prouer.

Prou. ca. 5. Cur detestatus sum Disciplinam & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui voces docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam. & in fine ca. 5. Iniquitates sue capiunt impium & funibus suorum peccatorum constringitur ipse morietur quia non habuit disciplinam & in multitudine stultitiæ suæ decipitur, aduersatur Discipl. colare culicem & deglutire camelum parna emendare, magna negligere.

CAPVT IV.

De neglectione Disciplina in Ecclesia.

Fidei maiorem curam esse in Ecclesia quàm morum Stapletonus conqueritur in Oratione de Hæresi. Vitia Prælatorum causæ persequutionis Ecclesiæ in Comm. Harm. Euang. to. 2. Beauxamis fol. 629. b. & 631. & ob neglectam disciplinam Canonicam vilescit ordo Ecclesiasticus, ibid. f. 28. b. 29. a. Sacerdotium continet regnum, exciso sacerdotio excinditur regnum, translatio regni translatio sacerdotij, timendum regno cum se sacerdotes indignè gerūt. ibi. 28. b. Calvinus in c. 7. Olexa. In Papatu nulla est doctrina quæ sit instar cauterij, vel quæ sanguinem eliciat, quoniam quiescunt Papistæ in suis fecibus, ideo non apparet eorum peruersitas, sed hoc testimonium retorqueri poterit in Calvinianos vt ostendimus supra c. 8. li. 6. & demonstrabimus latius suo tempore. Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis in 1. Parte operum suorum 75. recenset abusus in Ecclesia, qui oriuntur ex Disciplina neglectione, quem consulo quia locus paulò prolixior.

CAPVT